

hac erit certus, ac definitus terminus continetur. Sed sic dicens dicitur solium suae infinitum in magnitudine, non autem in multitudine, quod hic urgemus. & impertinentes esse velles per finitatem magnitudinis evitare infinitatem multitudinis partium proportionalium; plures enim, & plures proportionales in infinitum continentur in una certa, & determinata quoad extensionem. Sed necesse est evitare universaliter infinitum secundum extensionem, nam urgeri potest argumentum de linea tortuosa, per columnam girante per innumeras circulos ab una extremitate in aliam, conflatur enim ista ex pluribus, & pluribus circulis aequalis, ac determinatae longitudinis circularis, quam tum nempe columna ipsa ambit, eruntque infiniti in actu in sententia istorum, sicut infinita sunt partes proportionales columnae, quas continet. Nec audietur esse Suarez cum iterum dicit, hanc lineam tortuosam ex infinitis partibus equalibus conflantur, idem non esse simpliciter infinitam, quia clauditur terminis, haec enim duo manifeste repugnant, quod reperitur continuum aliquod ex partibus infinitis in actu aequalibus, & non communiter abutibus constitutum, & postea fit terminus conclusum, ac definitum. Nec etiam audietur esse Rivius, cum difficultatem subterfugere studuit, dicendo hanc lineam tortuosam non esse unam fed plures. Quia si una talis linea girat infinitis columnam in circulo ab una extremitate in aliam continuata per totum cogitari potest, & talem de facto circuli columnam teneri fieri omnes, qui indivisibilia continuativa admittunt, videtur Ariag. cit. sect. 3. ubi bene hanc solutionem refutat.

38 Secunda ratio Canon. Si in quolibet continuo essent infinitae partes in actu, sequitur, quod omnia continua essent aequalia, componeretur enim omnia ex partibus aequalibus multitudine, & magnitudine; multitudine quidem, quia tam sunt infinitae partes proportionales, in grano milli, quam in toto universo, cum utrumque sit indivisible in infinitum, & habent etiam aequales partes in magnitudine, quia si partes unius essent majores, possent dividi in partes aequalibus partibus alterius continui, & adhuc non essent plures, siquidem, quia partes alterius continui sine infinitate in actu, non potest in isto assignari major pluralitas, quia infiniti nihil est majus, per quod impugnatur mansent responsiones Rivii, & Suarez. qui dicunt, unum continuum esse majus alio, quia habet partes majores magnitudinis, & efficaciores, quamvis enim in omni continuo admittant infinitas partes in actu proportionales, in majore tamen plures, & majores admittunt, quam in minori; impugnatur directè haec responsio per argumentum Canon. Quod si dicant, quod tales partes in utroque continuo non essent aequales, nec inaequales, quia aequalitas, & inaequalitas sunt passioness quantitatis finitae. Contra arguit Canon, quia licet aequalitas, quae est commensuratio duarum quantitatum in se, si quae sunt finitae, & nequeat convenire infinitis, aequalitas tamen negativa, id est non excessus, reperiri potest in infinitis, unde personas divinas dicimus esse aequalis perfectionis, quoniam infinitum neque excedit, neque exceditur, & ita si partes unius continui non excedunt partes alterius, neque tamen excedit totum.

Et si dicatur, partes continui majores esse plures, & non esse inconveniens, quod sint in continuo majores plures partium infinitates, & partes infinites infinitas, ut de facto concedit Rivius ea ratione sua, quia partes sunt quid incompletum. Contra, arguit Canon, quia multitudine semel infinita totam multitudinem partium possibilium absorbet, ergo implicat alia partium infinitates supra illam. Accedit, quod hoc admittit in omni continuo, ut Rivius admittit, non potest amplius defendi; unum esse majus alio, nec quoad majoritatem, nec quoad pluralitatem partium, ubique enim erunt infinites infinitas, & idem Rivius non videtur in hac re consequenter locutus, omnes enim auctores, qui afferunt, quamlibet infinitam multitudinem non posse semel infinitam, sed debere esse infinites infinitam, negant pariter, unum infinitum esse majus alio tum formaliter, tum materialiter. Et tandem si dicatur, quod in multitudine infinita non est totum, vel pars. Contra, arguit Canon, talis multitudine est divisibilis, sed omne divisibile habet partes, quia nihil dividitur, nisi in ea, ex quibus componitur; cuius rationis efficacia magis patet ex disp. seq.

39 Tertia ratio Canon. si in continuo darentur infinitae adu partes, & categorometricae, tunc componeretur ex indivisibilibus, quia quaelibet illarum partium numero infinitarum est divisibilis, vel indivisibilis; si primum, ergo erant in continuo plures partes, quam infinitas, quod supra imbutum est; si secundum, haberet intentum. Vel aliter deduci potest haec ratio, ut facit Averra, & erit efficacior, admittitur enim tali partium infinitate, tunc in continuo dari deberet pars infinitae minima, quae adeo indivisibilis. Consequentia probatur, quia partes certae, ac determinatae sunt simpliciter finitae, ergo partes simpliciter infinitae debent in infinitum simpliciter ab his distare, ergo deberent esse infinitae minores, seu in maxima minoritate, quod esse nequit, nisi ponantur minores, & indivisibiles; Prob. haec consequ. nam nisi tales partes sint infinitae minores, vel finite magis, ac determinatae minores, vel finite indeterminatae, hoc est semper magis, ac magis minores, non primum, quia sic essent finitae; si secundum, ergo erant infinitae sine categorometricae solum, seu finitae in infinitum, hoc est semper plures, ac plures, namquam tamen adu infinitae, & ratio certe demonstrat.

Resp. aliqui, dari in continuo aliquam partem infinitae minorem, non tamen minimam, quia adhuc illa pars habet aliam fe minorem.

Contra, id implicat in adiecto, nam si haec pars infinitae minor habet aliam minorem fe, iam non esset infinitae minor, nec infinitae distaret in minoritate a parte determinata, eum magis alia distaret. Hinc alii negant, dari aliquam partem infinitae minorem, quia non datur ultima, quae debet esse infinitae minor. Contra, id est, quod inveniendum, quod non datur ultima pars, & infinitae minor in continuo, sed quaeunque data sit, in re ipsa, si in cognitione divina, semper datur alia, & alia minor, quae debet esse divisibilis in plures fe plures minores, & haec est infinitas sine categorometricae. Resp. Alii, haec infinitam minoritatem esse in aliqua parte, & indeste. Contra, tum quia saltem eam cognoscere Deum, tum quia est dicere, quod non possit dari pars ita minor, ut adhuc minor assignari nequeat, & hoc est assignare minoritatem indeterminatam in parte indeterminata, non autem minoritatem infinitam, quod verissimum est; tum tandem, quia infinita minoritas repugnat tam in parte determinata, quam indeterminata. Haec est opinio Canon. loc. cit. ubi ait, omnes in hac materia dubie loqui, & nunquam ab aliquo Doctore potuisse illam bene intelligere.

60 Eodem modo de indivisibilitibus loquendum est, nam haec in continuo ponuntur ad continuandas partes, propterea mediant in ter partibus, multiplicanda ergo sunt ad multiplicationem partium, sed partes multiplicatur in infinitum sine categorometricae, ergo, & indivisibilia, quod adhuc declarari potest in hunc modum; sicut partes eo plures dicuntur, quod sunt minores, & quia nunquam attingunt maximam minoritatem, idem nunquam dicuntur adu infinitae, sed solum plures, & plures in infinitum, ita servata proportio indivisibilia eo plura erunt, quod inter minores partes media bunt, & sibi inconvicem proximiora erunt, & quia nunquam reperitur in maxima approximatione, itaut sint sibi invicem immedia ta, sed semper proximiora sint, ad proximiora in infinitum, sicut partes minores, & minores, & ita semper plura erunt, & plura, sed nunquam maxime plura, hoc est acta infinita, sed tantum finita in infinitum. Et ergo est conditio huius admirabilis compositionis continui, ut ad eam concurrant infinitae plures partes, quae non indivisibilia, non quia indivisibilia sunt partes, sed quia in continuo, extensio, & continuatio; extensio est positivum in partibus continuatio ab indivisibilitibus, & partes in continuo finitae ita dispositae, ut nunquam assignari possit prima, & ultima pars eius, quia aliqua signata sicut prima, adhuc extat aliqua re vera prior illa, & alia signata velut ultima, & adhuc extat alia posterior ea, quam quaelibet signata sit adhuc divisibilis in alias, & alias; indivisibilia vero ita disposita sunt per totum continuum, ut inter singulas partes mediant copulando eas ad invicem, ex quo fit, nunquam reperiri posse indivisible ita alteri immediatum, ut non sit inter ea aliqua pars interpeda, & haec de causa inter quolibet duo puncta in linea quantumvis propinqua mediant plura alia, & alia puncta, quia mediae pars divisibilis adhuc in infinitas partes, quarum quaelibet puncto copulatur cum alia: ex quo varius sequitur, non esse possibilem in continuo unam divisionem immediatam alteri, quia cum divisio cadat supra punctum, si in puncto fiat, sane si duo divisiones possent sibi immediate succedere, iam duo puncta forent sibi immediata, inter unam ergo, & alteram divisionem possunt aliae, & aliae in infinitum mediant divisiones, sicut inter quolibet duo puncta mediant aliae, & aliae in infinitum juxta numerum partium interjectarum.

61 Ex his sequitur demum, continuum nec etiam per potentiam Dei absolutam posse esse divinum in omnes suas partes collectivè, licet singularitè, & in quocunque signo possit in singulari dividì in plures, & plures simul in infinitum, admittitur enim tali divisione in omnes partes planè continuum in indivisibilia resolvitur, vel enim illic singulariter partes infinitae, vel indivisibiles; non primum, quia est actu hypotesis, quae supponimus, continuum esse divinum in omnes prorsus partes in quas est divisibile, ergo secundum. Nec valet responsio Gregor. in d. dist. 2. quast. 1. art. 1. ad quantum contra 1. concl. dum ait, indivisible posse sumi dupliciter, vel pro carente partibus quibuscumque actu divisi, vel possibilibus quoquomodo dividi, id est punctum, vel pro eo, quod licet habeat partes, quaelibet tamen est actu divisa ab alia, & per oppositum divisibile posse sumi dupliciter, vel ut opponitur indivisibilibus primo modo, vel secundo modo; divisibile primo modo est, quod habet partes actu, vel potentia dividas; divisibile secundo modo est, quod habet partes non actu dividas, sed subiecte partes continui non omnes divisi remanere indivisibilis secundo modo tantum, non autem primo, quia adhuc quaelibet includit partes in potentia, in quas est actu divisa, & ita non concluditur, aut ipse continuum divinum in indivisibilia simpliciter resolvitur. Haec responsio vana est, & in intelligibilis, potest quidem una pars alia distincta illam adhuc includere, quia distinctio includendum non excludit, sed una pars ab alia divisa, & separata nequaquam potest illam includere, nec potest intelligi, aliquid esse divisibile in ea, quae actu non habet, ergo si continuum posset esse actu in omnes partes divinum, certe quaelibet indivisibilis remaneret ad modum puncti. Accedit, quod etiam admittendo illud indivisible secundum di generis à Greg. factum, ut argumentum solveret adhuc rationabiliter non possunt concedere, continuum ex similibus indivisibilibus esse constatum, quia quaelibet continui pars, ut distinguitur ab indivisibilitibus simpliciter, includit actu partes alias, in quas dividit potest, & non in potentia tantum, ut haec excludit actum

inexistenziae in sensu Greg. ergo continuum per nullam potentiam potest esse divinum in omnes suas partes, ut fuit Doctor ostendit in d. dist. 4. quast. 6. sed in quocunque partes ponatur divinum, illic adhuc divisibiles remanent in alias, & alias. Hinc solvitur articulus 6. contra sententiam Aristot. quia talis divisio etiam de potentia Dei absoluta est impossibilis, ut rursum infra dicemus num. 96. ubi rationem repugnantiæ assignamus, quod adhuc magis apparebit infra disp. 10. quast. 3. in solutione argumentorum, ubi etiam solvitur instantia, quas hic facit Ariag. contra aliam rationem; vide ibi a num. 53. & Scotum 2. dist. 2. quast. 9. lit. K. ubi solvit argumentum in terminis.

ARTICULUS IV.

Solvuntur rationes Zenonis cum compositione continui ex solis indivisibilitibus.

62 Eto explorata sit veritas, continuum ex indivisibilitibus non componi, & satis à nobis art. 6. cum Arist. demonstrata, esse tamen, ac talibus impeditur difficultatibus, ut veritas cum facilitate (sicut ait Amicus) aequo Marte pugnare videatur, unde hic excludendum est, argumenta in oppositum quantum fieri potest relicturi.

Primo, seorsum vulgari quidem, sed satis molesta difficultas de corpore sphaerico supra planum moto, nam si voluere, sive trahatur per planum, range illud semper in punctum, ergo totum planum erit ex punctis compositum; Prob. assumptum, quia toto illo tempore, quo sphaera planum percurrit, semper tangit aliquod nunquam divisibile, ergo immediatè post hoc insans tangit indivisible immediatum, quo a contactus non interimitur.

Resp. miram esse, quamam Peripateticos treretur globus iste à Zenonis ejaculatus, nam alii negant, fieri posse globum ita perfectè rotundum, ut nulla sui parte sit planum. Alii concedunt, esse possibilem, sed negant, quod positivè tangeret planum, tantum enim negative diceretur inditans, alii concedunt, quod tangeret positivè, non tamen in puncto, sed in parte determinata tamen, minus semper, & minor in infinitum; vel quod cum illo penetraret in aliqua modica sui parte, qui singuli modi dicendi art. 2. sunt resutati; ubi conclusum est, quod si sphaera ponatur super planum, illud tangit in puncto. Complut. disp. 25. Phys. quast. 2. ad 1. ajunt, quod licet corpus illud sphaericum continuo moveatur per aereum circumfultum motu continuo, per ipsum tamen planum non moveatur; nisi dixerent, & quasi per saltus de puncto in punctum, itaut inter unam, & aliud tantisper elevetur à plano, quod explicat exemplo pileae, quae in planum projecta per saltus movetur, quod etiam affirmant, si globus trahatur per planum, & non volutetur, subdant tamen saltus in tali casu non esse ita perceptibiles, & sic etiam respondet Jo. de S. Thom. quast. 10. art. 3. sed sane potius Compl. saltant, ut argumentum illud praerogant, non vero globus sphaericus, praeter sim quando trahitur per planum, & ut excludatur motus iste per saltus globi super planum, ad quem dicitur possent conferre figuram sphaericam, sit columna perfectè rotunda, cylindrus dicta, quae super planum movetur, aut corpore quadratum, & perfectè cubum, quod secundum latum angularem definit in linea, trahatur per planum tangens illud tantum secundum latum angularem; utque in his casibus saltus horum corporum fingere non licebit, & tunc argumentum procedit, sicut de corpore sphaerico; Tum quia, etiam verum sit globum moveri per aereum quoque circumfultum, & hunc ab ipso non tangi in puncto, adhuc tamen negari nequit moveri quoque continue per planum, illudque continuo tangere, neque sensus, neque ratio demonstrat cur, & à quo globus ille interpolatè debeat elevari à plano, sicut homo pedes elevat in motu, quo exemplo utitur Joan. de S. Thom.

63 Resp. ergo facilius, quod si sphaera volutetur, argumentum non habet difficultatem, quia non tangit planum in puncto, sed secundum lineam circumarem, & non idcirco linea curva congruet recte, quia huiusmodi contactus non sit simul, sed successivè; si autem sphaera trahatur super planum, dicimus in instanti tangere planum in puncto; sed immediatè post in tempore tangit in linea, ut Scotus docet 2. dist. quast. 9. ad 3. princ. neque ad mirum videtur, quia quodlibet corpus, dum movetur, occupat majus spatium, quam occupat, dum quiescit, dum enim quiescit, occupat tantum spatium, quanta est propria extensio, ad dum movetur, toto illo tempore occupat totum illud spatium, quod suo motu percussit, nam in instanti terminativo motus verum est quod, quod toto tempore antecedent occupavit mobile totum illud spatium, Quare hoc argumentum, quod multi tanti faciunt non habet speciale difficultatem in puncto, quam non habet in corpore, nam tanta difficultas consistit in hoc, ut notat Doctor cit. sub V. quod dum punctus movetur, semper est in spatio sibi equali, & sic portat illud totum spatium, ergo totum lineam suppositam commentatur, atque ita tota linea erit ex punctis composita; sed idem argumentum urget de quolibet corpore, quod dum movetur, semper est in aequali loco, ergo cum locus, sibi aequalis, sit secundum sua profunditatem indivisibilis, quia est superficies ipsam immodicè circumdans, totum illud spatium, quod percurrit, erit ex illius superficibus sibi immediate succedentibus compositum. Ad hoc autem argumentum respondent omnes Ariag. 6. Phys. 24. inexti.

fallum esse, quod corpus, dum movetur, sit in spatio sibi aequali solum enim in quolibet instanti est in spatio sibi aequato, aequali in instanti acquirat, sed in tempore immediato est in spatio majori; quod non est inconveniens, quia successivè occupat illud; sic igitur de globo sphaerico supra planum motu dicendum est cum Scot. cit. quod punctus, in quo fit tactus licet semper, idest in quolibet indivisibili sit in spatio sibi aequali, non tamen semper, idest in quocunque temporis parte, quia sic tangit lineam contactu inaequato, seu successivè, & quidem si semel concedatur, punctum in tempore posse occupare locum maiorem seipso, consequenter admittit debet, quod successivè possit lineam tangere contactu inaequato, & plane non videtur major difficultas de puncto, quod in motu sit in majore loco seipso, quam de corpore, & ita respondent Tolet. Averra. Moris. Amic. & alii ex Scot. cit. Canon. & Tronib. 2. Metaph. quast. 1. ad 2. princ.

64 Sed dices ex hoc sequi, lineam mensurari posse per replicationem puncti, & ita ex punctis componi. Negatur sequela, nam quantumvis punctum replicetur, nunquam lineam reddet, & aliud est aliquid moveri super aliquod spatium, aliud vero illud commenturare, motus enim fit continue super spatium, 2. mensuratio fit interpolatè in singulis replicationibus rei motae super spatium; ad quod assumentur dimittendum, & tunc res movetur super spatium, cum occupat successivè majus spatium ita propria extensio, mensuratio super spatium, cum replicata semper est in loco sibi equali in singulis replicationibus, & quando etiam concederemus, digitum ideo assumi posse ad mensurandum pannum, quia super illum potest continue moveri, non propterea concedere debemus idipsum de puncto super lineam, in tantum enim illud verum esset, quia continuatè motus digiti non sumitur tantum ex spatio, sed etiam ex mobili, quod in se divisibile est, at non ita continue movetur punctum super lineam, quia continuatè motus illius sumitur tantum ex divisibilitate spatii, ut Scot. docet loc. cit. V. & X.

Sed iterum urgetur; si ponatur punctum separatum motum super lineam, quod non negaret Doctor, licet acquirat aliquid, & aliud ubi, non tamen amitteret semel acqumtum per potentiam Dei, qui rem ponere potest in diversis locis, tunc in fine motus responderetur, in casu hunc non fore motum puncti per lineam, sed replicationem totius eiusdem in singulis lineae punctis, & sicut indivisible non potest esse ita alteri immediatum, ut illud tangat manens extra illud, & in spatio distincto, sic neque idem punctum potest à Deo ita sibi immediatè pluries replicari, & idem punctum permanenter existens in linea, & à Deo pluries replicatum per totam lineam, erit distincta seipso, pro ut est in uno, & in alio linea puncto. Sed adhuc dices, potest saltem facere Deus, quod contactus sphaerici super planum fiat per id, quod immediatè sequitur ad punctum, in quo tangit, tactus in tali casu erit permanens, & non successivus, atque ideo adequatus, ergo debet admitti in plano indivisible immediatum indivisibili. Resp. immediatè post non posse fieri contactum, nisi successivè in linea, & sicut postea contactus permanens in puncto post partem sequentem, quod omnes de divisione concedere debent; si enim continuum in una parte dividatur, planè nec per divinam potentiam poterat divisio cadere immediatè post, quia quod sequitur, est divisibile, nec assignabilis est prima pars.

65 Secundo indivisible additum indivisibili potest facere majus, ergo concidit fundamentum sententiae Perip. Prob. assumptum à simili in Angelo, & anima rationali, quae per plures spirales, & indivisibiles replicationes spiritali extensione fe possunt extendere ad majus spatium, quam per pauciores. Et Christus Dominus existens modo spiritali in Eucharistia pro majore, vel minori replicatione coexistentem speciebus continuas majoribus, vel minoribus, ergo poterat etiam indivisible quantitativè facere extensum, sicut enim se habent indivisibilia spiritalia ad extensionem spiritalem, ut multiplicatae sint extra se, & sibi immediatè succedant, vel continue, ut in Angelo, & anima rationali, vel contiguae, ut in Eucharistia, ita se habent indivisibilia quantitativa ad extensionem quantitativam, ut immediatè sibi succedant extra se, sicut possunt continue, & aliquid majus efficere. Confirm. quia unitas praedicamentalis, quamvis sit indivisibilis, tamen alia unita facit numerum, qui est quantitas extensa, sic etiam, & insans temporis cum parte temporis longiore facit durationem, quia Angelus durans per horam, & insans terminativum eius plus durat Angelo, qui per totam horam duraret, & in instanti ejus terminativo delineret, quia ut eo instanti de priori verum esset dicere, quod est, de posteriori, quod non est.

Resp. diffinitum hanc multitudinem tam arduam esse vim, ut Maris. disp. ultim. Phys. quast. 4. art. 3. ingenue fateatur, sibi nihil habentis occurrere, quod diffinita latissaceret, & tribus adhibitis replicationibus, viam inflant declinandi vii argumenti, sed non solvendi; & quidem sistent in illo communi modo explicandi extensionem virtuale spiritalis substantiae per iteratas replicationes per singulas partes loci, quibus est praesens, argumentum est infirmissimum, & sorte insolubile, unde potius eligimus dicere, substantiam spiritalium replere locum, non per tota replicationes sub esse, sed per unam, & aequalibilem totius sui esse diffusionem in loco adequato, sic ut totus quidem Angelus sit in quolibet puncto, & quaelibet loci parte, non tamen complete; si autem Angelus poneretur à Deo in pluribus locis adaequatis, hoc utique per replicationem ejusdem Angeli in illis locis fieret, sicut etiam dicimus







ut per Dei potentiam nequeant à partibus existere separata. Alii vero, & probabilis, talem dependantiam non admittunt, & ad rationem respondent ut ibi, ad impugnationem vero dicimus, puncta, esse distributive à partibus lineæ in existendo non dependant, collectivè tamen dependant à partibus lineæ, quia cum linea sit non solum extensa, verum etiam continua, quando destruitur, non tantum extensum destruitur, sed etiam continuum, & consequenter aliquod includens puncta; tum quia daretur secundum punctum post primum, quod tamen in continuo non erat assignabile, sicut nec prima pars proportionalis, quamvis post punctum divisibile immediate sequatur. Ad tertium cognitio illis punctis, cognoscitur etiam aliquid aliud, scilicet partes extensæ includentes illa puncta, nunquam tamen cognosci possunt partes, ut non includentes puncta. Ad primum impugnacionem dicimus, partem in continuo posse duo respicere, vel aliam partem, cui copulatur per indivisibile continuativum, vel partes illas copulatas, quas includit, & à quibus constituitur, & integratur; partes ut respiciunt indivisibilia continuativa cum aliis comparibus, & prioris generis, præsupponuntur illis, non vero ut respiciunt indivisibilia continuativa partes integrantes, & inclusas in qualibet illarum, ut dicemus art. seq. num. 85. Ad 2. impugnacionem dicimus, cognosci quia em ut realiter distincta, sed non ut realiter secundum, quia partes includunt puncta. Ad tertium respondeamus, nihil ex hoc sequi, nam adhuc deberet posse linea apprehendi includens illa puncta; vel dicimus, nec posse apprehendi omnia, non consideranda partes, quia esset cognoscere primum, & secundum indivisibile, licet quoque libet in particulari sit cognoscibile ex se.

74. Tertio impugnatur indivisibilia, quia non potest assignari in ratione punctum; nam cum sint accidentia, debent inherere, vel ergo subiectum puncti v. gr. est aliquod divisibile, vel indivisibile; si primum, ut asserunt Masius 6. Phys. lect. 12. quant. qu. n. 1. Co. nimb. cap. 2. quæst. 1. art. 3. ad 6. & Tatar. cap. de Quant. qu. n. 2. dub. 2. scilicet, quod sit in subiecto partis terminatæ; quia non est adequatum, sed inadequatum. Contra hoc est, quia tunc punctum esset extensum saltem virtualiter, sicut est anima rationalis, quod est falsum; Sequela prob. quia omnis informatio sit per penetrationem formæ cum subiecto, ergo si punctum esset indivisibile subiecto, esset cum illo penetratum, & consequenter vel formaliter extensum, vel saltem virtualiter, seu naturaliter replicatum, quæ omnia sunt falsa ex dictis art. præced. tum quia subiectum daretur in partibus, & probabilis, quod etiam est absurdum, quia uno est solum in rebus unitis per illam; Sequela prob. quia illud divisibile, quod est subiectum puncti, est in infinitas partes divisibile, quæ per alia indivisibilia sunt unitæ, ergo punctum in illis omnibus esset, quæ tamen non unit; tum quia partes quantitatis essent naturaliter penetratæ, nam punctum, quod subiectum ponitur v. gr. in parte A, cum qua penetratur, esset etiam penetratum cum mediatis partibus A, abque sui replicatione, quia replicatio in plurius subiectis non fit naturaliter, ergo illæ medietates essent etiam inter se penetratæ, quia occuparent solummodo locum puncti. Neque distinctio ad verificationem de forma completa, & incompleta aliquid valet, nam si forma completa, quæ est perfectissima ens, non potest informare, nisi subiectum adæquatam, non vero excedens, & inadequatam, multo minus forma incompleta, quæ est punctum, nam posse informare multo minus subiectum abque sui extensione formalis dicitur maiorem perfectionem ex dictis disp. 5. 7. Neque secundum potest admitti, scilicet, quod ista subiectum sit aliquod indivisibile: nam hoc necessario esset substantiale, quod est falsum; Tum quia ex 8. Met. 15. prædictorum indivisibilia nulla est substantia; Tum secundo, quia punctum non unitur partibus lineæ, sed potius indivisibile substantiæ cum partibus lineæ, quia uno est essentialis ratio uniendi id, in quo includitur.

Resp. admittere secundum, quod in indivisibilibus substantiabilibus subiectetur, quia enim substantia seorsum quantitate suas partes habet entitativas, erit etiam ex partibus integrantes, & extentis composita, ac propriis indivisibilibus continuativis, ut dictum est quæst. 1. Cum impugnetur, quæ negat esse substantiam, quæ est de indivisibilibus quantitativis, quæ negat esse substantiam, quæ negat esse substantiam, an sit substantia, vel accidens. Ad secundum negamus sequela, cum probatur, dicimus unionem esse duplicem, alteram informationis, quæ secundum nos est relatio ex dictis disp. 5. quæst. 9. & hæc denominat unitum subiectum, in quo fundatur, quia quæ per talem unionem unita dicuntur, uniantur immediate inter se; alteram continuationis, & per modum nexus, & illa non denominat subiectum, in quo recipitur unitum; sed potius partes, quas afficit, & quibus adhæret, non inheret, quia partes per talem unionem non dicuntur immediate unitæ, sed in aliquo tertio ad modum glutinis unientis partes tabulæ, in hoc sensu indivisibilia dicuntur uniones partium.

75. Sed contra inflatur, quia potest dubitari de illis indivisibilibus substantiabilibus, nam in divisione continui non solum quæ nitentur, sed etiam substantia dividitur, unde non tantum indivisibile quantitativum continuans deperditur, & duo quantitativis, & substantia generantur, verum etiam idem de indivisibilibus substantiæ dicendum; quamvis autem non sit magna difficultas de indivisibilibus formæ; quippe quæ ex indivisibilibus materie dici possent educi; dubium tamen est de indivisibilibus materie, nam hæc non habent subiectum, tale enim esset necessario divisibile, cum non dentur alia priora indivisibilia, & sic indivisibile subie-

daretur indivisibili, quod esse falsum, supra ostendimus; si ergo non habent subiectum, ergo creaturæ, & annihilantur, & per consequens non possent agere naturale, & videtur aliquod corpus, quia non potest creare, vel annihilare. Si dicas, non proprie creati, aut annihilari, quia creatio excludit omnem concipiendum secundæ causæ in ratione materie non solum per se, sed etiam reducivè, modo materia concurrat ad productionem horum indivisibilium recipiendo aliquo modo illa, essi non recipiuntur ut forma in subiecto, saltem ut terminus in suo terminabili, nam illa indivisibilia verè sunt in materia, ab ea resultant, & terminant ipsam, propter quam dependantiam à materia cui pertinent uniri, & fieri in ipsa naturaliter, nequaquam creati dicuntur, erunt dicunt de substantia, quæ a natura substantiæ dimanat ut terminus, non tamen creatur. Contra, quia resistentia illa est vera actio ex dictis disp. 7. quæst. 3. art. 3. ergo materia, quæ est pura potentia passiva, nequit convenire; Tum quia hoc admisso, aliquid materie esset verè generabile, & corruptibile, contra naturam ipsius, non enim esset subiectum primum indivisibilium formæ, quæ ex indivisibilibus materie educeretur.

Resp. concedendo, indivisibilia illa materie non habere subiectum inhaerens, aut informationis, sed quasi adhaerens modo explicato in responsoe allata, quæ efficiencia non debet materia excludi, ut diximus disp. 2. quæst. 8. art. ult. utcumque quia ratione etiam creatio dici non debet illa resistentia. Nec quoque est absurdum, non materiam, sed aliquid materie esse in hoc sensu generabile, & corruptibile, non enim est rigorosa generatio, cum non educatur de potentia subiecti, quod innotet.

Dices etiam, si indivisibilia quantitatis in indivisibilibus substantiabilibus subiectantur, ergo in speciebus suis consecratis dum agunt, vel dividuntur, multa de non indivisibilibus essent, vel quibus non esset Christus, nam non est sub novis speciebus sine nova consecratione, & quæ non essent in aliquo subiecto; Tum quia non potest agens creatum species illas dividere, quia non potest per divisionem producere illa indivisibilia, quæ creati deberent, cum careant subiecto. Resp. Christus Dominus de novo fieri sub illa indivisibilibus etiam abque nova consecratione, quia illa non sunt proprie novæ species, sed sunt aliquod pertinens, vel ut continuativum, vel ut terminativum ad species consecratas, & hoc quia Christus ex decreto debet omnia munera substantiæ panis exercere, si adesse, cum ergo sub illis novis indivisibilibus eadem substantia panis cum suis indivisibilibus reperitur, & non alia similitudo de novo advenit, etiam Christus erit sub illis speciebus. Ad aliam dicimus, proprie illa indivisibilia non debent produci propter defectum concursus substantiæ in genere cause materialis, agens autem creatum dicitur dividere illas species, quatenus Deus concurrat ad illum motum, & ad actionem, quia diviso causatur; quod de indivisibilibus materie non æque commode dici potest, quia illa materie non sunt nata inherere, sicut indivisibilia quantitatis, quæ proprie inhaerent, & educuntur. Sed adhuc contra hæc indivisibilia substantiabilia instant Jo. de S. Thom. quæst. 2. Phys. art. 2. & Manca 6. Phys. quæst. 1. dub. 4. quia his admittit tunc habere substantia materialis sufficiens principium impetrationis, quod neque nos concedimus, cum hoc sit sola quantitas. Probatur sequela, quia minus indivisibilem in quantitate necdum est terminare partes, sed etiam illas ita unire, & copulare ad invicem, ut continue inter se dicantur, & non compenetratæ; si enim per suas extremitates non unirentur, sed se totis, le utique penetrarent, & hæc intrinsecas indivisibilitatem alterius, ergo substantia habet ex se hæc indivisibilitatem, habet sufficiens tandem impetrationem. Resp. neg. conseq. Ad probationem dicimus minus indivisibilem in quantitate esse partes terminare, & continuare, non autem extendere, & unam alteram ponere, immo potius hoc eis repugnat, quia indivisibile additum indivisibili, vel indivisibili non facit minus; partes ergo quantitates seipsas extenduntur, & extraneantur ab invicem, & indivisibilia interveniunt solum ad earum continuationem; in hoc autem differunt partes substantiæ materialis, & quantitatis, ut dictum est quæst. disp. art. 2. & disp. 7. Log. quæst. 2. art. 2. quod licet omnes sint extra se invicem, tamen extrinsecas partem substantiabilium faciunt sequela 4. impetrationem, quia non sunt partes natura sua in eodem loco incompatibiles, Dices si simul jungantur due partes quantitatis præcisus indivisibilibus tunc uniantur le totis per intrinsecas, & penetrationem unius cum alia, ergo verè vera ad sola indivisibilia spectat partes quantitatis ponere extra se invicem & impenetrabilis reddere. Negat. conseq. sicut enim non bene argueretur dicendo, si materia, & forma unirentur præcisus dispositionibus, totum substantiale constituitur non potest, ergo ad solas dispositiones spectat substantiabiliter constituitur totum; inde enim solum inferri potest, quod sint necessariae conditiones ad talem constitutionem; ita in proposito ex assumpto in argumento solum inferri licet, quod indivisibilia in quantitate necessaria sunt, ut impenetrabilitas quæ illis convenit ex natura sua etiam indivisibilibus præcisus, reductur ad actum; in substantia verò materiali licet indivisibilia uniantur, quia tamen illæ partes non sunt suapte natura impenetrabiles, ideo abque miraculo compenetrari possunt ad invicem, & cum aliis corporibus; non ergo indivisibilia tunc principia impenetrabilitatis in quantitate, sed requiruntur solum, ut talis aptitudo reductur ad actum, &

ideo non sequitur, quod eis in substantia admittis, habeat substantia sufficiens principium impenetrabilitatis, seu resistendi penetrationi, ut inferri Jo. de S. Th. quia ad hoc inducendum sola indivisibilia non sufficiunt, sed requiruntur etiam partes suapte natura in eodem loco incompatibiles, quales non sunt partes substantiæ.

76. Quarto ostenditur, non dari indivisibilia, propterea quod nihil vivunt; nam primum non intervinit propter contactum, quia (& est argumens Hurtad. quod contra contactum puncti conicit) adhuc pars debet esse simul cum parte, non enim indivisibile est extra locum partes, sed simul cum illa, ergo quod est simul cum indivisibili, est etiam simul cum parte, & sic quia in continuatione utraque pars est simul cum indivisibili continuativo, erunt etiam simul ipsæ partes, & in eodem loco; & idem dicendum de partibus duorum corporum te tangentium, quare possent poni simul sine illo indivisibili. Tum secundo, quia si partes tangent planum vitreum, frangeret illud; ergo non in puncto tanget, sed in parte aliqua; Patet consequentia, nam fractio provenit ex resistentia unius corporis respectu alterius impellens illud; ergo cum illa puncta sphaeræ, & plani sint simul, nec unum alterum expellet, sequitur, quod fractio proveniat ex partibus, secundum quas illa corpora te tangunt, & ad invicem resiliunt. Tum tertio, quia nequit assignari, quid immediate tangat indivisibile in continuo, non aliud indivisibile, quia non datur immediatum; non partem, quia nequit indivisibile alicuiusdivi coexistere, ut contra Masium diximus in præced. argumento, ad quid ergo ponenda erunt? Tum quarto, si quantitas esse abque superficie, possent tangi, illuminari, videri, ut si ignis esset præter aërem, & uterque propria caret superficie, possent ignis in aërem agere, ipsum illuminando, & calefaciendo, & calefactum, non enim dicitur intelligibile, quod si Deus punctum auferret à toto, non esset deberet linea in infinitum, ergo esset verè finita. Neque dicas negativè tantum fore finitam, non positive; nam cum ratio termini, & finis proprie in negatione ulterioris perfectionis consistat, verè, & proprie linea illa terminat, & finita intelligitur abque puncto. Si dicas, non posse Deum punctum separare abque eo, quod alio infurget in linea. Contra, quia in aliis continuis à quantitate hoc evenit, nam si aliquod quantum ex una parte haberet unam formam, ex alia alteram oppositam, vel disparatam, si substantiæ essent (ut est in corpore humano, quod continuum debet esse, ut sit aptum informationi animæ, & tamen ex partibus consistat specie diversis) tunc in indivisibili continuativo medio non essent indivisibilia duarum formatum, quia hoc naturaliter repugnat, & per Arist. species diversæ nequeunt continuari, ergo altera illarum esset extrinsecè terminata, & consequenter abque indivisibili terminativum, immo de quantitate idem esset dicendum, nam quantitas formæ extrinsecè terminata erit etiam extrinsecè terminata, sicut proprium subiectum, in quo invenitur.

77. Resp. ad primum esse maximè necessaria propter contactum, ut probatum est art. 2. cum impugnatur, dicimus, indivisibile non esse extra partem, sed simul cum ipsa, non quidem quoad existentiam, ita ut verè indivisibile in parte existat, & subiectetur, ut dictum est, sed quoad extensionem, & molem, nam non reddit quantitatem magis extensam, ac esse sine illo, & consequenter non occupat distinctum locum quoad extensionem, sed sicut est extra partem per existentiam, quia in illa non existit, ita ipsi correspondet aliquid in loco partem, quod erit aliquid indivisibile loci ipsi proportionatum, ut si indivisibile locati est continuativum, correspondet in loco alium continuativum, si est terminativum, aliud terminativum; quia propter partes, quia est cum indivisibili simul quo ad extensionem, non quoad existentiam, non erit simul cum alia parte quoad existentiam, ita ut una pars sit in alia, & cum ipsa penetret, sed sequitur dumtaxat, quod illæ partes simul occupent non faciant majorem extensionem, nec majorem locum occupent cum illis indivisibilibus, ac sine illis. Ad secundum negamus fieri contractum per partes, sed per puncta, resiliunt tamen, & fraguntur, non quia adæquantur secundum aliquas partes, & commenfurentur, sed propter similes approximationem, quam habent illa corpora sumpta non syncategorematicè, id est, secundum partes, quia cum quilibet pars plani sit plana, & sphaerici sit sphaerica, secundum quas distant inter se, cum non commenfurentur, sed categorematice, quatenus inter illa corpora non potest contingere major approximatio secundum lineam redam, ex quo sequitur, contactum fieri secundum punctum, & quia sunt maximè approximata, propter virtutem motivam unius aliud impellit, & fragitur.

Ad tertium. Resp. ex Scot. 2. dist. 2. quæst. 9. S. divisibile esse indivisibile immediatum stare dupliciter, vel quod secundum se totum est cum indivisibili flatum, vel post indivisibile, vel quia inter ipsum secundum se totum, & indivisibile nihil mediatur; primo modo, inquit Doctor, divisibile non tangit, nec est immediatum indivisibili, quia nihil secundum se totum sequitur indivisibile, sed secundum priorem partem in infinitum sequitur, secundum modum, concedit, quia inter indivisibile, & partem nihil mediatur; ex qua doctrina dicimus ad argumentum, quod iste contactus, seu immediatio indivisibilis cum parte non est existentiam, quod quod aliqua pars sine determinata, sine indeterminate secundum se totam sit simul cum indivisibili, ut vult Hurtad. sed sit secundum modum, quatenus scilicet inter indivisibile, & partem nihil mediatur, unde iste contactus est per quandam iuxta positionem, quia post partem immediatè sequitur punctum. Neque

ex hoc enervatur argum. Mathematica de contactu, ut inferret Averrà, quia ait, posse dici, partes seu duas quantitates iuxta se poni sine indivisibilitate. Non enervatur, quia sequeretur primo, nullam esse differentiam inter continuum, & contiguum, ut art. 2. probavimus. Secundo, quia illa iuxta positio partium, seu quantitatum inter se nequit intelligi, nisi secundum aliquid indivisibile, in quo uniantur, & tangantur, nam quod iuxta ponitur alteri debet esse determinatum, & terminatum; nequit autem ut sic intelligi, nisi aliquid indivisibile, ut terminus eius ponatur, nam partes ex se non sunt determinatæ, cum non sit prima pars, hoc autem non est necesse in iuxta positione partis cum indivisibili, quia indivisibile ponitur ut terminus eius, & hinc bene dicere possimus, nihil primo uniri cum indivisibili, sed post ipsum sequi partem tanquam aliquid indeterminate, immo hoc est necessarium, quia res sine termino est necessariò indeterminata, & indeterminata, at si una pars alteri iuxta ponatur abque indivisibili, nec possemus in continuo dicere, post illam partem sequitur altera, quia vel sibi supponit pro aliquo determinato, non indeterminato, & tunc quod sequitur, vel est determinatum, vel indeterminate; non secundum per ipsos, quia eodem modo le habet utraque pars; si primum, iam non erit quod continuum. Similiter in continguis non possemus dicere, illa corpora sunt secundum aliquid simul, nam vel aliquid supponit pro divisibili, vel pro indivisibili; si secundum, habemus intentionem; si primum, daretur penetratio. Dices, sunt simul, quia statim sequitur aliud corpus post alterum, sicut indivisibile est simul cum parte, quia statim post ipsum sequitur. Contra, similitas non arguit diversitatem loci, ut patet in parte, & indivisibili, quæ in eodem sunt loco, ergo si contigua sunt aliquo modo simul, debent aliquo modo non habere diversum locum, sed eundem, ergo esset necesse, ut aliqua penetratio, concedenda. Dices, concedimus si quantum indivisibile unitur parti, ergo per unionem de qua supra unum quicquid esse divisibile, sed indivisibile, ergo duo indivisibilia immediata, & idem quantum de isto alio in infinitum. Resp. unione illam secundum nos non esse quid absolutum, sed relativum, ut diximus disp. 5. qu. 9. de unione substantiæ, ideo negatur sequela.

78. Ad quartum dicimus, quod si quantitas caret superficie, ex una parte deberemus concedere, posse illuminari, videri, tangi, &c. quia hoc est proprium quantitatis, ex alia deberemus admittere penetrationem, negare opacitatem in corpore, & similia, ut vidimus art. 2. ex quo apparet falsitas opinionis negantis indivisibilitatem, sicut si esset per impossibile infinitum actu, non posset nisi fieri additio ex ratione finitatis, & tamen concedendum esset adhuc, quod Deus posset illud diminuire, & posse addere numerum aliquid; ex qua implicata concluditur improbatio opinionis affirmantis, dari posse infinitum in actu. Dicendum igitur est, quantitatem nunquam posse esse sine superficie terminante, licet enim Deus destrueret unam superficiem, statim per necessariam sequelam altera resurteret, quamvis realiter distingueretur à quantitate, quod colligitur ex Scot. 2. dist. 2. quæst. 9. sub M. ubi habet; quod quantitas ratione superficiei habet multa, scilicet esse subiectum coloris, luminis, visus, &c. unde si subiectum est ratione superficiei, sine ipsa non posset esse subiectum; quod clarissè patet de figura, nam licet possit quantitas esse sine hac, & illa figura, non tamen sine omni. Neque in generatione substantiæ, aut in continuo ætherogeneo, ut est corpus animatum, quantitas est extrinsecè terminata, quia eadem superficies est continuativa utriusque quantitatis, & quamvis in diversis subiectis illæ quantitates inexistant, ex hoc enim solum sequitur, realiter distingui, non tamen realiter esse distincta, nam illæ quantitates sunt eiusdem rationis inter se, & per consequens si una est interminata, verè erit alteri terminata continua; propositio enim illa Aristor. quæ specie differunt, nequeunt continuari, intelligitur, quod quatenus specie differunt, non possunt habere aliquid unum indivisibile, quod eisdem rationis sit cum illis partibus specie distinctis, unde ignis, & lignum non possunt habere unum indivisibile continuativum, & eisdem rationis cum igne, & ligno, sub illo enim indivisibili quantitatis continuativo quantitatis ignis, & quantitas ignis non est aliquid indivisibile substantiale eiusdem rationis cum forma ignis, & ligni, sed vel est indivisibile ignis, vel ligni. Neque est eadem ratio quantitatis, & alterius forme continui, quod si illa potest esse extrinsecè terminata, etiam quantitas, ratio desinitur à posteriori, nam aliæ formæ solummodo indivisibili indigent, ut terminatæ dicantur intrinsecè, & positive, ideoque si propter aliquid impedimentum istis indivisibilibus careret, nihil sequitur implicatè; at quantitas non solum indiget superficie terminante, ut positive dicatur finita, & terminata (non enim ratio termini temper quid negativum dicit, quamvis per negationem explicetur) sed etiam ut per ipsam munera exerceat, quæ non posset præstare sine superficie.

79. Quinto sit corpus perfectè pyramidale, quod est illud, cuius nulla pars est æqualis amplè cum altera, sed quæ basi est propinior, est latior, quæ propinior est propinior, est altior, sive quæ sit superficialis in medio, hæc vel est æqualis parti interiori tantum, vel superiori tantum, vel utriusque; si primum, ergo remanet aliquid superficiei, quod parte superiori non cooperiretur, & sic angulum faceret, nec esset perfectè pyramidale; si secundum, iam aliquid partis inferioris non cooperiretur superficie; si tertium, ergo non quælibet pars est inæqualis alteri, quod est contra naturam corporis piramidæ.



vis pyramidalis, quod clarius intelligitur, si pyramis illa esset in duas partes divisa, non ergo danda erunt hæc indivisibilia. Tum secundo, quia motus localis non potest esse ratio productiva alicujus, ergo nequit agens per divisionem aliquod indivisibile producere. Tum tertio, quia per divisionem quantum fieret minus, nam haberet duo indivisibilia, & per consequens plures entitates. Tum quarto, quia res materialis nequit esse indivisibilis, cum de conceptu rei materialis sit partium multitudo extensiva, de conceptu rei spiritualis carentia ipsarum partium; sed punctum, si esset, deberet esse materiale, ergo non posset omni parte carere contra rationem ipsius puncti, ergo si negatur punctum, debent omnia alia indivisibilia negari.

Resp. ad 1. retorqueri posse contra ipsam Averfam de partibus, nam si ex partibus dumtaxat esse compositum continuum, dividitur pyramis illa in medio, quando posita superponitur pars superior inferiori, vel est illi æqualis, & sic non esset perfectè pyramidalis, vel minor, & tunc remaneret inferior in alius parte difcordata: qua propter dicimus, determinatam non datur post superficiem, pars indeterminate datur, sed non prima, & immedia, quare non poterit superficies dici illi æqualis, vel inæqualis, quia hoc convenit partibus determinatis, unde partes illæ erunt inter se inæquales, sed ut in superficie uniantur, erunt æquales, quia ut si sunt simul; potest hoc exemplo declarari, nam corpus locans est majus corpore locato, quia illud continet, & tamen si ambo fecundæ superficies considerentur, ducuntur æqualia, quia secundum illas sunt simul; sic Cœlum superius secundum superficiem concavam non est majus inferiori secundum superficiem convexam. Ad secundum motus localis non est ratio formativa productiva alicujus, sed conditio sine qua non, nam indivisibilia resultant ex partibus corporis. Ad tertium quando continuum dividitur, non fit minus ens, sed habet plura entia, scilicet indivisibilia, quæ non faciunt majus. Ad quartum res materialis non solum dicitur illa, quæ partes habet entitativas, sed etiam quæ ad illam habet attributionem, & pertinet, & in hoc sensu punctum est quod materiale, quia est continuativum, vel terminativum rei materialis, qualis est linea.

So Sexto, si revera darentur illa indivisibilia, sequeretur, tot esse puncta in circulo minori, quot in majori, etiam si ille circulus esset magnitudinis Cœli, ille vero aliqua palmaris linea circa centrum, patet, quia omnes lineæ à punctis Cœli ductæ ad centrum transeunt per distincta puncta circuli minoris; hoc autem est absurdum, quia si illa linea palmaris concipiatur juxta Cœlum parum curva, æquæ distans corresponderet omnibus punctis illius partis palmaris correspondentis in Cœlo, ergo nequit æquæ distans correspondere, quando est circa centrum, omnibus punctis Cœli, quia Cœlum multo plura puncta continet, quam pars illa palmaris, cum continet omnia puncta illius partis, & alia omnia aliarum partium; quod etiam demonstrari potest in diametro posito in quadrangulo: in rarefactione quoque; nam idem corpus absque additione novæ quantitatis coexistit æquæquale minori loco, quando est densum, sed rarefactum majori centies ampliato: rursum idem motus per horam factus æquæquale correspondet instantibus horæ per sua mutata esse, & tamen si idem motus fieret tardius, ut per annum duraret, adhuc deberet singula mutata esse singulariter instantibus correspondere, quæ omnia sunt intelligibilia. Complur. disp. 25. Physic. quest. 4. non audentes negare, plura puncta esse in circulo majori, quam in minori, ut dicebant Conimb. ut hinc responderent argumentum, negantur, posse à quolibet puncto circuli majorem distanciam ad punctum circuli minoris, seu ad centrum per minorem circumulum transeuntem, sed plures lineas ortas ex punctis circuli majorem terminari, antequam accedant ad circumulum minorem, ut in figura, quam conspiciunt, conspiciunt licet.

Sed isti Doctores errant in principiis Mathematicæ; cetum est enim, quod a centro ad circumferentiam possunt duci lineæ ad omnia puncta circumferentia, sicut et contra, à quolibet puncto circumferentia ad centrum, quæ lineæ non nisi in centro concurrent, quia lineæ parallelæ sunt talis naturæ, quod nunquam coincidunt inter se, etiam in infinitum protrahantur, unde lineæ a centro ductæ quo magis a centro distent, eo magis inter se distant, & consequenter solum in puncto coincidunt, extra punctum vero litem spatio divisibili in infinitum incipiunt seungi, per modum alie lineæ in infinitum possunt duci à circumferentia ad centrum, ergo falsum est, quod lineæ à circumferentia circuli majorem distanciam antequam ad circumulum minorem perveniant, uniantur inter se, & terminentur. Figura vero illa ab ipsis formata est nimis grossa, & materialis, non enim conspiciuntur lineæ parallelæ, & ad centrum directæ protrahæ, sed potius in latera flexentes; hinc est, quod terminantur, antequam ad circumulum minorem perveniant, unde se habent ut lineæ incidentes, & obliquæ, cum causent incidentes in lineam ream a centro ad circumferentiam angulo inæquales. Accedit etiam, quod à quolibet puncto diametri ad colam possunt duci lineæ in infinitum, nunquam tamen illæ lineæ erunt terminatæ ad idem punctum colæ; sed ad diversa, quia sunt parallelæ; tum quia ab ipso puncto colæ ad alia alterius colæ unica tantum linea recta duci potest, quæ diametrum intersectaret in uno puncto, non in duobus, aliter vel ipsa puncta erunt finita in diametro, vel illa linea propè diametrum in duas partes se divideret, quarum una descenderet, ut per punctum inferiori secaret diametrum; deinde iterum in unam lineam uniretur; igitur si a quolibet puncto

do diametri potest duci lineæ ad puncta colæ, quamvis diameter longior sit colâ, etiam à quolibet circuli minoris duci poterunt lineæ, absque eo quod antea terminentur.

81 Resp. ergo, quod illa ratio non solum infert difficultatem contra indivisibilia, sed etiam contra divisibilitatem partium in infinitum, nam non posset assignari pars aliqua in Cœlo, quin correspondeat fua pars in circulo minori, & palmaris circa centrum, & tamen si juxta Cœlum poneretur, non posset correspondere nisi parti palmaris ipsius Cœli; idem de diametro dicendum, ac de corpore rarefacto, & de motu, quæ non solum correspondent loco, vel temporis, aut colæ secundum indivisibilia, sed etiam secundum partes, ut scilicet quælibet correspondeat cuilibet parti, in quas ferret divisio. Nec lovit difficultatem partibus, quod ait Averfa, scilicet quia partes sunt in infinitum divisibiles, posse optime intelligi adæquationem istam. Non satisficit, quia annus plures habet partes, quam hora, etiam hora sit in infinitum divisibilis, nam continet partes horæ, & plures alias, quomodo ergo potest idem motus omnino adæquari horæ, & anno secundum proprias ejusdem partes? nisi dicatur totum non esse majus sua parte; quicquid igitur responderet ad hanc difficultatem de partibus, optime adaptare poterit, quatenus contra puncta formatur.

Ex his autem, quæ ant. seq. ad 4. dicimus, & disp. seq. respondere possumus, quod licet plures partes sunt in continuo majori, quam in minori, ita plura indivisibilia reperiuntur in majori, quam in minori, & sicut cum ex hoc excessu in majori continuo fiat adhuc, quod divisio in utroque possit in infinitum protrahi, quamvis plures partes majores continui semper reperiunt accipiendas, ita quod designationem adualem non tot partes proportionales possunt assignari in majori, quam possunt in minori assignari, cum hac tamen differentia, quod quælibet pars proportionalis majorem continuum excedat proportionalem minoris eadem proportionem, quæ continuum majus excedit minus, ad si divisio ferret secundum partes ejusdem magnitudinis, non posset tot partes accipi in minori, quo in majori, sed istud semper illud excederet; ita de punctis dicendum, quod non obstante excessu punctorum in majore circulo, possent adhuc in infinitum designari puncta in utroque, quamvis plura semper in majore remanent accipienda, cum hac tamen differentia, quod si designatio ferret secundum partes proportionales, totidem puncta erunt accepta in utroque, sed in majore magis inter se distantia, quam in minori, sicut partes sunt etiam in majore molis, at si ferret per partes ejusdem magnitudinis, plura puncta erunt semper accepta in majore, quam in minori; tunc ad argumentum respondemus, concedendo, quod à quolibet puncto majorem circuli ad quolibet minoris distributive potest protrahi linea, non vero collectivè, nam ut si major excedit minorem in multitudine punctorum, sicut divisio in partes potest in utroque in infinitum heri, non collectivè, sed distributive; cum improbat per positionem lineæ minoris propè Cœlum, dicimus, idem secundum diversas positiones posse æquari, vel correspondere minori, & majori continuo, quia diversimodè potest ferri divisio in partes, & designatio per lineas, sic quando linea est circa centrum, designatio ferret per partes proportionales, & idè potest in illo pro parte adæquari toti Cœlo, ad quando est propè Cœlum, tunc per partes æquales, & ejusdem magnitudinis ferret designatio, quomodo non potest toti Cœlo adæquari.

82 Eadem doctrina resp. potest alia exemplis adducis, nam diameter quando est in quadrato, divisio fit secundum partes proportionales, quia si colâ à linea dividitur secundum partem quartam, octavam, aut decimam, secundum eandem proportionem dividitur diameter, sed quælibet proportionalis diametri excedit proportionalem colæ; sicut diameter colam excedit, unde longior est linea diametri interiacens inter lineas secantes, quam pars colæ inter illas inclusa, nam linea secans colam consuevit angulos rectos, at cum diametro faciunt angulos obtusos, & acutum: cum vero diameter est extra quadratum, diviso fieri secundum partes æquales, quod modo diameter nequit colæ commentariari. Per idem ad alia exempla de corpore rarefacto, & de motu tardiori, quia cum per rarefactionem in illo motu, & de motu tardiori, ut dicitur in lib. de Genet. sed solum fiat mutatio positionis de genere situs, ita ut partes, quæ prius per densitatem correspondebant minori loco, postea nulla facta variatione positionis inter se extendantur in ordine ad situm, & minores partes correspondant majori loco, unde si corpus locat est densius, habebit in se plures partes quantitatis, & plura puncta, quam pars locati, attemperat in alio positionem de genere situs, quam habet de novo quantitas rarefacta, se habebit situs circulus minor correspondens majori, cum hoc tamen discrimine, quod divisio circuli majorem & minoris sit penes molem partium, ita ut æqualitas, vel inæqualitas attenditur penes extensionem quantitativam localem partium; at in rarefacta quantitate, & in loco comparato inæqualitas; non sit penes occupationem loci, & spatio, nam plures partes veniunt, sed penes partes quantitativas illarum, nam plures partes rei hęcitate sunt in densio, quam in raro, in eodem tamen spatio, & per hoc salutaris majoritas corporis densi, sic idem motus velox correspondet horæ, at tardus potest esse correspondere, quia ubi prius alicui partem velocius correspondebat tanta pars temporis horarii, eadem parti, & minori correspondet deinde tempus diurnum, unde adæquat in duratione; sed plures partes sunt in motu Cœli, quam in motu illo subtiliari, quævis si ferret divisio in partes, & tot partes proportionales essent in uno acceptæ, quot in alio, &

in utro-

in utroque in infinitum ferret divisio, licet plures partes semper repererent accipiendæ in illo motu veloci, quam in tardio. Sed de his plura in lib. de Genet. vide tamen ar. seq. ubi alia responsiones ad istam rationem adducuntur, & confutantur. Postremo Ariæ, quoque nuper disp. 16. Physic. sect. 4. nonnullas facit contra indivisibilia difficultates, quæ cum allatis coincidunt, vel cerè ex dictis facillimè diluuntur, quare eas missas facimus.

ARTICULUS VI.

Evaduntur difficultates contra existentiam actualem, & multitudinem assignatam partium in continuo.

83 Contra compositionem continui ex partibus explicatam ar. 3. graves sunt difficultates in hoc articulo expendendæ. Et 1. obicitur probando, quod partes actu non existant in continuo inter se distincte; Tum quia Arist. ubi dicitur, de continuo locutus est, semper dixit habere plures, & infinitas partes, non actu, sed potentia, ita pronunciauit 5. Metaph. 14. & 31. & 7. Metaph. 49. 2. de Anim. 23. 9. Metaph. text. 11. & per hoc etiam solvit 8. Physic. 69. argumentum quoddam Zenonis, qui ex infinito partium negabat motum. Tum secundo, quia quævisquid est actu, debet esse determinatum, ut colligitur ex 7. Metaph. 49. & præsertim quælibet actualis quantitas habet propriam figuram, sed in continuo nulla facta designatione, aut divisione, nulla quoque habetur determinatio, aut figura in partibus, quia ratione numeri possunt sumi semper plures, & plures, & ratione divisionis possunt sumi variae figuræ in infinitum triangulorum, cubica, &c. Tum 3. quia si admittatur actu partes in continuo, tunc quoque deberent dici plures, quod est falsum, quia unum dicitur, quod est indivisibile, & divisum à quolibet alio, sed partes continui sunt indivisibiles, ergo sunt unum, & etiam quia si quantitas continua habere plures partes, non differret à quantitate discreta, nam multitudine est ratio quantitatis discreta, & numerum constituit. Tum quarto, quia si plures, & multæ constituantur partes continui, deberent quoque poni actu distincte, quod dici nequit absque manifestò periculo incurrendi exilium difficultates, ac si poneremus eas esse actu dividas, nam sicut si partes forent divise, una non includeret aliam, ac prout continetur in indivisibilia resolveretur, ita si ponantur omnes inter se distincte, una non includeret aliam realiter, & etiam quia si sunt inter se distincte, jam nulla pars manet amplius distinguibilis in plures, atque ita nec divisibilia, quia divisibilibus fundatur in distinguibilitate. Tum quinto, quia quælibet pars continui est magis una in se, quam cum alia comparet, nam aliquo vel non diligenteretur a comparet, vel distingueretur a seipsa, sicut distinguuntur a comparet, sed ante designationem vel divisionem nulla pars est magis una in se, quam cum alia comparet, cum in se non habeat aliam rationem unius, quam continui partibus, uno modo etiam est una cum comparet, ergo ante designationem, vel divisionem non sunt plures actu, nec distinctæ partes in continuo. Tum denique, quia si partes continui sunt plures entitates in actu ab invicem distincte, continuum non erit ens per se unum, sed per accidens.

84 Resp. sententiam phrasim Arist. esse, quem ipse indicavit 5. Met. text. 18. definiendo quantum continuum, dum ait, *est divisibile in ea, quæ insunt, quærum unamquodvis hæc aliquid aptum est esse*, atque ita non negat, partes esse actu in continuo in ratione partium, sed in ratione totius, & entium completorum, per se, id est, solitarie existentium, quantum enim ad hunc esse modum solum sunt in potentia, quoque dividuntur, quem etiam sententiam ipsemet Arist. aperit simè dedit 7. Met. text. cit. 49. dum redens rationem, quare continuum unum non potest fieri ex multis actu existentibus, sed potentia, ut duplex ex duobus dimidiis in potentia, subdit, quæ actu separata, &c. de sensu vero Aristot. 8. Phys. 69. modo dicitur in solutione argum. Zenonis, satis nunc erit advertere, argumentum eius urgere, five partes sit distincte, five non, quia argui possent, quod mobile per motum designaret partes continui, atque ita nunquam posset incipere motus, quia inciperet non posset designatio primæ partis. Ad secundum duplex est rei determinatio, alia, quæ fundatur in termino rei intrinseco, seu in hæcitate rei, & hæc a divisione non pendet, alia, quæ fundatur in termino extrinseco, & hæc a divisione pendet, & proprie spectat ad res corporeas, quæ ante, vel tot judicantur, cum sunt separatae, & divisa, major illa intelligitur de determinatione extrinseca, & accidentalit, quæ habetur ex termino indivisibili per divisionem resultantem, quæ determinatio est in toto, & non in partibus, non autem intelligitur de intrinseca, & essentiali, quæ oritur ab hæcitate; & etiam figura sequitur ad quantitatem determinatam, non in primo, sed in secundum sensu, quia oritur ex varia quantitatis terminatione, ut notat Doct. 4. disp. 12. quest. 4. F. Ad tertium duplex unitas, in partibus continui considerari potest, una transcendentalis, & entitativa, altera prædicamentalis, & quantitativa, seu integralis, illa oritur ex propria rei hæcitate, illa ex accidentalit copulatione ad eandem terminum communem, partes continui in ipso incidunt unum in hoc secundo sensu, non autem in primo, quia unitas continui non excludit pluralitatem partium, nec tollit hæcitates earum, Neque enim est confunditur ratio quantitatis continui cum discreta, falsum enim est, multitudinem partium esse rationem propriam discretæ, cum potius sit ratio quantitatis in communi, & postea distinguatur

Modis, & Belli Tom. II. Physicæ.

tur per habere proportionem ad invicem, vel non habere, ut docuit Arist. in prædicamento quanti, & patet ex dictis ar. 3. concl. 1.

85 Ad 4. conceditur, partes continui, & esse plures, & esse actu distinctas, & negatur, eadem difficultates incurri, ac si ponerentur divise, quia cum distinctione unius partis ab alia fiat adhuc inclusio illius in illa, & pars includens distinguitur ab includens, & includens, at divisio omnem inclusionem excludit, ut de se patet. Negatur etiam ex hoc, quod ponatur actu distincte, sicut esse indivisibiles, potius enim sequitur esse divisibiles, quia divisibilitas fundatur non in distinguibilitate, sed in actuali distinctione, & potius est contra, si non essent realiter distinctæ, indivisibiles forent, quia separari nequeunt, quæ sunt realiter idem. Ad 5. varie sunt solutiones, quia argumentum aliquam habet difficultatem, sed breviter. Resp. ex Scot. in 4. disp. 10. quest. 3. ad 4. & disp. 43. qu. 1. D. quam resp. amplectitur Amic. tra. 15. qu. 6. num. 80. duplicem esse continuitatem in parte, unam intrinsecam, seu inclusam, alteram extrinsecam, seu conjunctam; prima dicitur intrinseca, quia sibi convenit ratione partium, quæ includit, altera dicitur extrinseca, quia sibi quasi ab extrinseco advenit, ex conjunctione nimirum cum alia comparet, ex quo colligitur, partem majorem habere in se unitatem, quam tamen parte, cum illa habet tantam unitatem continuationis extrinsecæ, quæ tenuis ab extrinseco, & per accedens conjungitur, sed in se est una unitate continuitatis intrinseca, & inclusæ, quatenus in se constituitur, ex partibus, quæ habent continuationem, & ad 6. negatur conseq. quia aliud est loqui de toto physico essentiali, & ejus partibus, & aliud de integrali, nam essentialia, ut fit unum per se, tales utique exigat partes, quæ nec sint entia in actu, nec hoc aliquid esse possunt, etiam si separarentur ab esse materia, & forma, & de hoc toto loquebatur Aristot. 7. Met. dum dicit, ex duobus entibus in actu non fieri per se unum, at totum integrale non exigat partes sic in potentia, immò Arist. 5. Met. 18. significavit has esse posse hoc aliquid, si ab invicem separantur, sed per partes in potentia, ut potentia excludit actum totalitatis, & habilitatis, & proprium terminum extrinsecum, quia isto carere debent, & copulari ad terminum communi, & hoc sufficit, ut faciant unum per se unitate continuitatis.

86 Secundo occurrit contra infinitatem partium Zenonis argumentum quidem, cuius tamen vis nunquam debilitata est ob hæc necesse, data enim hac partium infinitate, aiebat Zeno, motum de medio ablatum ita, quæ antequam mobile pertranseat aliquod spatium, debet prius pertranseire illius medietatem, & rursum illius medietatis dimidiam, & sic deinceps quavis designabili minorem, & minorem in infinitum, ergo nunquam incipit motus, quia infinitum pertranfiri non potest ex 3. Phys. 24. Resp. Arist. 6. Physic. text. 19. quod sicut in spatio sunt partes minores, & minores in infinitum, ita & in tempore, modo infinitum secundum partes proportionales pertranfiri potest, pariter in tempore infinito secundum eandem partes. Sed hæc solutio est ita frivola, ut ipsemet Arist. 8. Physic. 68. ingenue fateatur insufficientiam ejus, ut potest quæ transeat quæsitum a spatio ad tempus, quia adhuc posset quis inlustrare, quomodo pertranfiri possit ipsum tempus constans partibus infinitis, & idè ibidem alter solvit, dicendo, in continuo esse infinita dimidia, & partes non actu, sed potentia, & idè bene pertranfiri posse, quæ responsose postea ut sunt. Peripat. omnes, quorum tamen nullus clarè dedit intelligentiam ejus.

Quidam enim dixerunt, esse ibi infinitas partes in potentia, non in actu, ita quod voluerit negare Philolophum actualem distinctionem inter partes continui, cuius expostiones falsitas patet ex dictis, nam partes verè sunt actu in continuo distinctæ, & quando etiam non forent nisi in potentia, adhuc urgeri potest difficultas ob designationem partium factam per motum. Alii vero dicunt, Arist. negare in continuo esse actu infinita dimidia quod divisionem, vel designationem, quasi possint esse actu divisa, vel assignata infinita dimidia, & affirmat esse infinita in potentia, hoc est, posse semper assignari plura, & plura absque termino, ita tamen ut nunquam assignanda sint actu infinita, & idè potest per motum omnia pertranfiri, & videtur expostio Simplicii. Sed non apparet, ex quo cap. per hoc solvatur argumentum Zenonis, & quo modo ex hoc, quod partes non sunt infinitæ in actu, & categoremodè, sed in potentia, & syncategoremicè, sequatur per motum posse pertranfiri, quia sem infinitum primi generis, quod secundi est impertranfibile. Liche. ex disp. 2. quest. 6. Com. 3. 7. Explicat, quod partes dicuntur esse in potentia in continuo quod ad subsistere, sed esse in actu quod existere; unde inquit non esse inconveniens, quod infinita in actu existentia possint pertranfiri, esset tamen inconveniens de infinitis in actu subsistentia. Sed neque hoc satisficit; nam si daretur spatium actu infinitum ex infinitis partibus æqualibus constitutum, adhuc pertranfiri non posset, & tamen partes illæ forent infinite in actu existendi, non subsistenti, quia non essent divise.

87 Complur. 6. Physic. disp. 25. quest. 5. inquirunt, quod post primum instantis temporis, quævis non fiat aliqua determinata pars, quæ prior, ac immediatior prædicto instanti fluxerit, nihilominus datur aliqua indeterminate, & confusa, quæ indeterminate, & confuso modo fit immediatè instanti, & sic ratione illius potest tempus indeterminate, & confusè incipere, sicut etiam potest deinceps ratione alterius partis indeterminate, & confusè, quo sic in modo fit immediatè instanti terminativo temporis, & in spatio in